

EMBLEMA XI.

Regis ad exemplum.



XI.

Euincet, cùm Rex, quod iubet, ipse facit.

Ne qua foret partæ paci vindicta superstes,
Neu quis priuatâ conderet arma domo,
Rex vetuit cautus fidas a Federicus, & enses;
Tutumque edicto fecit inermelatus.
Quod ne forte vlli posset quasi pœna videri,
Qui gladium visus ponere, primus erat:
Et mox nobilitas legem regemque secuta est,
Promtaque nudatum præbuit ense latus.
Regis in exemplo vis & laus vertitur omnis:
Quisque libens sequitur, quem tenet ille, modum.
Est via seruandi longè rectissima iuris,
Si legem, quam Rex iusserit, ipse facit

a Federicus Aragonius, Rex Neapolitanus.